

Band VII., Nr. 2580, Seite 433-434

*Auszug aus der Distinctio prebendarum des neugegründeten Stifts St.
Johann zu Konstanz.*

Ohne Ortsangabe, 1276. Mai.

2. De redditibus prepositi. . . . Item de Argum sex arietes, mille pisces, qui dicuntur gangfisch, centum ova, viginti pullos percipit tanquam prepositus a cellerario capituli memorati.

3. Que bona communia appellentur. Bona antiqua et communia omnibus appellamus antiquam dotem ecclesie, scilicet Nidertüringen quatuor mansus, in Bitzenhoven unum mansum Item postmodum in Argum bona empta pro domino comite Manegoldo de Nellenburg^a a capitulo communiter et decimam quondam Elie ibidem de Lindow etiam pro presentibus tantum de bonis communibus emptam . . .

5. Redditus prime prebende sacerdotalis. Magistri Ulrici de Überlingen prebenda sive successor suus in omnibus bonis antiquis et communibus, ut dictum est, sicut alter canonicus equam recipiat portionem. Insuper datur ei a nostro capitulo una libra denariorum Constantiensium de decima Elie ultra communem portionem, quia dictus magister Ulricus pro solutione dicte decime dedit decem marchas ultra id, quod a capitulo communiter solvebatur. Item de prebenda magistri Eberhardi de Horwe dantur huic prebende decem solidi, quia dictus Ulricus in emptione prima possessionum in Argum dedit pro eodem Eberhardo quinque marchas, cum ipse eas dare nollet, et ita in estimatione dictorum reddituum dantur huic prebende decem solidi, ut dictum est

6. Secunde prebende Insuper habet quartam partem reddituum cuiusdam decime et possessionum pro magistro Conrado de Oberndorf emptarum in parochia Argim . . .

7. Redditus tertie. Sacerdotalis prebenda magistri Henrici de Capella¹ huius ecclesie canonici in omnibus bonis antiquis et communibus et in redemptione pensionis et in decimis seu possessionibus de magistro C(onrado) de Oberndorf emptis et de bonis in Obergailingen² per omnia equam recipit partem.

^aVerschrieben *Newenburg*.

¹Unermittelt.

²Gailingen.

II

Sequentes prebende sunt diaconales et subdiaconales.

9. Magistri Ulrici Spūlonis prebenda in bonis communibus . . . et in Oburndorf, verum etiam in decimis Elie predicti predictis . . totaliter parifiat. . . .

10. Ulrici de Staine³ quondam decani prebenda in bonis communibus omnibus et decima Elie . . . non autem in bonis Oberndorf cum aliis recipit equam partem. Insuper dominus Rodolphus de Zymbern suus in ipsa prebenda successor redditus trium librarum pro pensione, quam emimus a dominis nostris maioris ecclesie, capitulo datis pro redemptione partis eiusdem pensionis viginti quinque marcis argenti pro nostro capitulo comparavit . . .

11. Berchtoldi de Wildenfels⁴ prebenda de bonis communibus et decima Elie et in pensione tritici tantum cum aliis recipit equam partem. Sed de bonis in Obergailingen et Oberdorf nulla portio sibi datur . . .

15. Novissime prebenda magistri Eberhardi de Horwe, quam habuit Schamelius et nunc habet magister Henricus de Wettingen⁵ cantor, se habet in omnibus ad modum precedentium prebendarum, nisi quod de ipsius redditibus de bonis in Argum decem solidi Constantiensium, ut prescriptum est, eidem a cellerario tolluntur et prebende magistri Ulrici de Überlingen ex debito assignantur, quousque dicti Eberhardi successor, quicumque voluerit, quinque marcas argenti restituet, in usus dicte prebende magistri Ulrici secundum consilium capituli convertat, maxime cum dictus Ulricus in emptione in Argum dederit dictas quinque marcas pro Eberhardo memorato.

Hec est estimatio prebendarum omnium per magistrum Henricum de Capella nostrum concanonicum conscripta iuxta statum modernum. Sed postquam meliorate fuerint singule aut universe, illud quod adauctum fuerit, fideliter ab hiis, qui pro tempore fuerint, ascribatur. Scriptum anno domini MCCLXXVI., mense Maio, indictione quarta.

Sequuntur nomina fundatorum.⁶

1. Henricus de Klingenberg huius ecclesie primus prepositus

³Stein am Rhein, Kt. Schaffhausen, Schweiz oder Stein, Hechingen, BL oder Stein, Immenstadt, OA.

⁴Das um 1900 so genannte Lenzenschlössle, Burgstall bei Thiergarten, bzw. die abgegangene Burg bei Leibertingen.

⁵Vermutlich Wettingen, Kt. Aargau, Schweiz.

⁶Die Stiftung erfolgte nach einer im gleichen Kopialbuch, S. 13, stehenden Urkunde des Bischofs Eberhard von Konstanz im Jahre 1266, vgl. PAUL LADEWIG (HRSG.): Regesta episcoporum Constantiensium: Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Konstanz von Bubulcus bis Thomas Berlower 517-1496, hrsg. Von der Badischen Kommission, 5 Bde., Innsbruck 1895-1941, Nr. 2143, nach einem Vidimus von 1686.

III

2. Magister Ulricus de UOberlingen dictus, primus fundatorum, sacerdos.
3. Magister Berchtoldus canonicus et scholasticus Turicensis, sacerdos.
4. Magister Henricus de Capella canonicus ecclesie in Sundelfingen, qui hec scripsit, sacerdos.
5. Magister Eberhardus de Horwe canonicus eiusdem ecclesie, diaconus.
6. Baldemarus sacerdos de Rotweil, diaconus.
7. Heinricus decanus de Pforre, subdiaconus.
8. Waltherus de Laubegg secundus prepositus, sacerdos.
9. Magister Ulricus dictus Spuol, subdiaconus.
10. Berchtoldus de Wildenfels, diaconus.
11. Magister Ulricus de Newenburg⁷, subdiaconus.
12. Ulricus decanus de Staine, subdiaconus.

Hi sunt duodecim fundatores secundum sue receptionis ordinem annotati. Et est hic insuper plebanatus, sicut fuit ab antiquo.

—

Nach einem Karlsruher Kopialbuch 340 zz a, aus dem 17. Jahrhundert, S. 9 ff.

⁷Unermittelt, welches Neuburg oder Neuenburg.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/586 S. 9 -12

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bitzenhofen Wohnplatz (18149)

Bitzenhofen, Oberteuringen, FN

Capella

Gailingen am Hochrhein KN

Gailingen am Hochrhein Gemeinde (14367)

Herrenzimmern Wohnplatz (12229)

Herrenzimmern, Bösing, RW

Horb am Neckar Wohnplatz (7484)

Horb am Neckar, FDS

Klingenberg, Homburg, Kt. Thurgau, Schweiz

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Langenargen Wohnplatz (18010)

Langenargen, FN

Leibertingen Wohnplatz (21141)

Leibertingen, SIG
Lindau, LI
Nellenburg Wohnplatz (14664)
Nellenburg, Stockach, KN
Neuburg
Neuenburg
Ober-Laubegg Wohnplatz (14784)
Ober-Laubegg, Bodman-Ludwigshafen, KN
Oberdorf Wohnplatz (18012)
Oberdorf, Langenargen, FN
Pfohren Wohnplatz (12944)
Pfohren, Donaueschingen, VS
Rottweil Wohnplatz (12416)
Rottweil, RW
Sindelfingen Wohnplatz (211)
Sindelfingen, BB
Stein am Rhein, Kt. Schaffhausen, Schweiz
Stein Wohnplatz (16431)
Stein, Hechingen, BL
Stein, Immenstadt, OA
Thiergarten Wohnplatz (21046)
Thiergarten, Beuron, SIG
Unterteuringen Wohnplatz (18161)
Unterteuringen, Oberteuringen, FN
Wettingen, Kt. Aargau, Schweiz
Wildenfels
Zürich, Kt. Zürich, Schweiz
Überlingen Wohnplatz (18447)
Überlingen, FN